IOANNES HVTTI-chius, antiquitatum Candidatis.

S. D. P.

CVm ante nos, optime lector, Romæ in lucem exijſſet libellus quidam numiſmatum veterũ, idque curioſe ſatis: minore tamen diligentia Librarij quã par fuit, cœpit is placere quibuſdam Bibliographis, & maximè Vuolphango Cæphalæo, cui res hæ curæ ſunt: magisq; vt publicæ vtilitati quã ſibi ipſi inſeruiat. Is igitur cũ annis ſuperioribus, quo boni omnes ſeruili bello attoniti eſſent, apud me libellum Romanorum Principum, quorum vitas laconice magisquã eleganter collegerã, offendiſſet: importune quidem & nolenti è manibus extorſit, promittens Icones ad viuam effigiem ex noſtris & aliorum numiſmatibus ab optimis artificibus expreſſas, ſe additurũ

pla